

A.-M. Turcan-V.

Bibliotheca en dehors des inventaires de livres médiévaux

1. **BOECE, *Consolatio* (524-525)**, I, 4 prosa, 2-3 MORESCHINI Boèce à Ph. : Nihil te ipsa loci facies movet ? **Haecine est bibliotheca**, quam certissimam tibi sedem nostris in laribus ipsa delegeras, in qua mecum saepe residens de humanarum divinarumque rerum scientia disserebas ?

I 5 prosa, 6 MORESCHINI Ph. : Itaque non tam me loci huius quam tua facies movet. **Nec bibliothecae potius comptos ebore ac vitro parietes**, quam tuae mentis sedem requiro, in qua non libros, sed id quod libris pretium facit, librorum quondam meorum sententias collocavi.

2. *Regula Benedicti* (après 520, vers 530 ?), cap. 48

13. Post refectioem autem vacent lectionibus suis aut psalmis

14. In quadragesimae vero diebus, a mane usque tertia plena vacent lectionibus suis, et usque decima hora plena operentur quod eis iniungitur.

15. In quibus diebus quadragesimae accipiant **omnes singulos codices de bibliotheca, quos per ordinem ex integro legant.**

16 qui codices in caput quadragesimae dandi sunt.



3. **CASSIODORE, *Institutiones* (entre 550 et 580)**, Lettres profanes III (de dialectica), 18. *Isagogen* transtulit Victorinus orator ; commentum eius quinque libris vir magnificus Boethius edidit ; *Categorias* idem transtulit Victorinus ; cuius commentum octo libris ipse quoque formavit ; *Perihermeneias* supramemoratus Victorinus transtulit in latinum ; cuius commentum sex libris Patricius Boethius minutissima disputatione tractavit. Apuleius vero Madaurensis syllogismos categoricos breviter enodavit ; Victorinus de syllogismis hypotheticis dixit ; quindecim quoque species esse definitionum idem Marius Victorinus diligenter edocuit ; *Topica* Aristotelis Cicero transtulit in latinum ; cuius commenta prospector atque amator latinorum Victorinus quattuor libris exposuit. auctoritatem vero eorum librorum **in unum codicem non incompetenter fortasse collegi**, ut quicquid ad dialecticam pertinet, in una congestione codicis clauderetur. Expositiones itaque diversorum librorum, quoniam erant multiplices, **sequestratim in codicibus fecimus scribi ; quos in una vobis bibliotheca Domino prestante dereliqui.**

V (de musica), 10. (...) apud latinos autem vir magnificus Albinus librum de hac re compendiosa brevitate conscripsit, quem **in bibliotheca Romae** nos habuisse atque studiose legisse retinemus.

4. **ISIDORE DE SEVILLE († 636), *Orig.* VI. DE LIBRIS ET OFFICIIS ECCLESIASTICIS.** De Veteri et Novo Testamento. De scriptoribus et vocabulis sanctorum librorum. De bibliothecis. De interpretibus. De eo qui primum Romam libros advexit. Qui apud nos bibliothecas instituerunt. Qui multa scripserunt. De generibus opusculorum. De ceris. De cartis. De pergamenis. De libris conficiendis. De librorum vocabulis. De librariis et eorum instrumentis. De canonibus evangeliorum. De canonibus conciliorum. De cyclo Paschali. De reliquis festivitibus. De officiis.

3. *De bibliothecis.* **Bibliotheca a Graeco nomen accepit, eo quod ibi recondantur libri.** Nam βιβλίωv librorum, θήκη repositio interpretatur. 2 **Bibliothecam Veteris Testamenti Esdras scriba post incensam Legem a Chaldaeis, dum Iudaei regressi fuissent in Hierusalem, divino afflatus Spiritu reparavit, cunctaque Legis ac Prophetarum volumina quae fuerant a gentibus corrupta correxerit, totumque Vetus Testamentum in viginti duos libros constituit, ut tot libri essent in Lege quot habebantur et litterae.** 3 Apud Graecos autem bibliothecam primus instituisse Pisistratus creditur, Atheniensium tyrannus, quam deinceps ab Atheniensibus auctam Xerxes, incensis Athenis, evexit in Persas, longoque post tempore Seleucus Nicanor rursus in Graeciam rettulit. 4 Hinc studium regibus urbibusque ceteris natum est comparandi volumina diversarum gentium, et per interpretes in Graecam linguam vertendi. 5 Dehinc magnus Alexander vel successores eius instruendis omnium librorum bibliothecis animum intenderunt; maxime Ptolomaeus cognomento Philadelphus omnis litteraturae sagacissimus, cum studio bibliothecarum Pisistratum aemularetur, non solum gentium scripturas, sed etiam et divinas litteras in bibliothecam suam contulit. Nam septuaginta milia librorum huius temporibus Alexandriae inventa sunt.

5. De eo qui primum Romam libros advexit. Romae primus librorum copiam advexit Aemilius Paulus, Perse Macedonum rege devicto; deinde Lucullus e Pontica praeda. Post hos Caesar dedit Marco Varroni negotium quam **maximae bibliothecae construendae**. 2 Primum autem Romae **bibliothecas publicavit** Pollio, Graecas simul atque Latinas, additis auctorum imaginibus in atrio, quod de manubiis magnificentissimum instruxerat.

6. Qui apud nos **bibliothecas instituerunt**. Apud nos quoque Pamphilus martyr, cuius vitam Eusebius Caesariensis conscripsit, Pisistratum in sacrae bibliothecae studio primus adaequare contendit. Hic enim in bibliotheca sua prope triginta voluminum milia habuit. 2 Hieronymus quoque atque Gennadius ecclesiasticos scriptores toto orbe quaerentes ordine persecuti sunt, eorumque studia **in uno voluminis indiculo comprehenderunt**.

5. MGH *Script. rer. merov.*, 5 p. 456, 16 *Epist. papae anno 649*, fin d'une lettre du pape Martin I^{er}, insérée par Milon de Saint-Amand dans la *Vita Amandi II* : (...) Reliquias vero sanctorum de quibus praesentium lator nobis ammonuit dare praecipimus; nam (note 2 : au sens de *sed*) **codices iam exaninati sunt a nostra bybliotheca, et unde dare ei nullatenus habuimus**. Transscribere autem non potuit, quoniam festinanter de hac civitate regredi properavit.

6. **Stephanus (711-731) dans la Vita Wilfridi ep. eborac**, ed. MGH *Script. rer. merov.* 6, p. 212-213 : Nam quattuor euvangelia de auro purissimo in membranis depurpuratis, coloratis, pro animae suae remedio scribere iussit, necnon et **bibliothecam** (note 9 : au sens de capsam, renvoi à WATTENBACH, *Schriftwesen*, 1896, p. 135 et 405) librorum eorum, omnem de auro purissimo et gemmis pretiosissimis **fabrefactam**, compaginare inclusores gemmarum praecepit; quae omnia et alia nonnulla in testimonium beatae memoriae eius in ecclesia nostra usque hodie reconduntur, ubi reliquiae illius requiescunt, et sine intermissione cotidie in orationibus nominis eius recordantur.

7. **EGINARD, Vita Karoli** § 33 p. 40, 11 de l'éd. Holder Egger de 1911 (*Script. rer. germ.*, 25), p. 30 de l'éd. WAITZ 1880, dans le testament :
Similiter et de libris, quorum magnam **in bibliotheca sua** copiam congregavit, statuit...

8. MGH *Epist.* 5 III : Hrab. *Epist.* 49, p. 503 (854 – 855 : *Lotharius imperator a Hrabano archiepiscopo Moguntiacensi petit, ut lectionarium totius anni homiliis interpretetur aliaque scripta eius minora simul requirit*).

(...) Siquidem bene novit vestra paternitas omnem nos commentariorum copiam, in quibus iuxta gestarum rerum ordinem et expositionem prefate continentur lectiones, in cunctis expeditionibus non posse semper gerere et habere, **cum sola historiarum bibliotheca difficile possit etiam haberi plerumque**.

9. MGH *Epist.* 6 IV, p. 163, *Epist. variorum* 16 : *Ansgarius archiepiscopus Bremensis episcopis in regno Ludowici Germanorum regis constitutis de legatione septentrionali ei commissa ac de successu eius refert (a. 865)*.

Precor etiam, **ut has literas in bibliotheca vestra ad perpetuam memoriam reponi faciatis** et, prout locus dictaverit, tam vos quam successores vestri, ubi utilitatem perspexeritis, notum omnibus istud faciatis.

10. *Die Tegernseer Briefsammlung (Froumund)*, ed. K. STRECKER, Berlin, 1925 (MGH *Epist. sel.* III)

p. 20, *Epist.* 20 de l'abbé Gozpert de Tegernsee (982-1001) à l'abbé Ramwold de St Emmeram : (...) Librum plenarię collationis, quem dudum petiveramus, **quia in nostra non habetur bibliotheca**, humotenus geniculantes repetimus ut nobis prestari precipiatis. Quam celerrime videlicet possumus, conscribi facimus vobisque aut ipsi reportare aut per nuntium remittere statuto tempore non tardamus. Valet.

p. 106 : *Epist.* 102 de Reginald de St Emmeram à Froumond de Tegernsee († 1008) : Quem enim librum voluistis, **in nostra reconditur bibliotheca**, sed utrum correctus sit necne, dubito.

10. *Gesta Treverorum*, cont. I XII¹, MGH *SS* 8, p. 191, 38 :

Hoc tantum sciendum, quod elemosinas pauperibus largas faciebat et ecclesiis bona plurima conferebat, sed et ab antecessoribus suis aliquibus ablata reassignavit, **quorum testamenta in eius memoriam in bibliothecis usque hodie sunt recondita**.